I Mcc 3,51 *tui* + *facti sunt* Φ $M^{2}Z^{2}\Psi^{D}$ Ω^{SJ2}(in ras.) cum *G*. ¶ *facti sunt* Θ^{M}. Desunt $\Delta^{M}\Theta^{SH}$ et *l*

4,39 *cinerem* + *super caput suum* Φ^{T*RG} $Z^{2}\Gamma^{A}\Psi\Omega^{SJ}$ cum *G*, cf. *B* (*capiti suo*) et $\mathfrak{G}^{codd}$; + *super capita sua* $M\Phi^{T2P}S\Omega^{M}$ cum τ^{56}. Desunt $\Delta^{M}\Theta^{H}$ et *l*

5,15 *omni galilea alienigenas*] *repleta est omnis*(in ras. Ω^{J2}) *galilea alienigenis* (*alienis* Φ^{T*}; praem. *de G*) Φ $M^{2}Z^{2}\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega$ cum *G*. Adest *l*, desunt $\Delta^{M}\Theta^{H}$

9,9 *pugnabimus*] praem. *tunc* Φ $Z^{2}Q^{2}\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega$ cum *G*. ¶ aℓ *tunc* Θ^{M}. Adest *l*

10,22 *contristatus est* + *nimis* Φ $Z^{2}Q^{2}\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega^{MJ}$ cum *G*. ¶ aℓ *nimis* Θ^{M}. Deest *l*

V. Lectiones codicum cum recensione *B* (*M*)

1. ΘZ cum *B*

Lectiones codicum Θ et Z e recensione *B* depromptae in ea tantum parte (I Mcc 1,42 – 2,26) inveniuntur, in qua Vulgata e *B* arte pendet

I Mcc 1,32 *plaga* + *magna* Z* $\Delta\Lambda^{L}M\Phi^{T2P}O^{2}\Psi^{D}\Omega^{SJ*}$ cum *GB* et $\mathfrak{G}$, sed cf. 5,3.34 etc. Desunt Θ^{SH} et *l*

2,15 *accendere* + *tura* Z $\Pi^{G}M\Phi O\Omega$, cf. *B* (*et incenderent tura*); praem. *tura* $\Delta\Lambda^{L}\Theta^{M2}\Psi^{D}$. Desunt Θ^{SH} et *l*

2,19 *seruitute* + *legis* $\Theta^{AM*}Z^{*3}$ $\Sigma\Delta^{M2}\Lambda^{L}\Phi^{T2}\Omega^{MJ*}$ cum *B*, sed cf. 2,20 (*oboediemus legi patrum nostrorum*). Desunt Θ^{SH} et *l*

2. Z^{2}, Z^{3} vel Z^{A} cum *B*

I Mcc 3,13 *secum* + *et egredientium in prelium* Z^{2} cum *BLX*(om. *et*) *H* et $\mathfrak{G}$. Desunt $\Delta^{M}\Theta^{SH}$ et *l*

5,68 *uidit*] *euertit* Z^{3} cum *B* et $\mathfrak{G}$. Desunt $\Delta^{M}\Theta^{H}$ et *l*

6,31 *pugnauerunt* (1°) + *aduersus eam* Z^2 cum *B*. Desunt $\Delta^M\Theta^H$ et *l*

6,31 *exierunt* + [*d*]*e populo isrl* Z^2 cum *B*, cf. $\mathfrak{G}^{55\ 311}$. Desunt $\Delta^M\Theta^H$ et *l*

6,33 *proelium* + [*et*] *sparsi sunt* Z^2 cum *B* et $\mathfrak{G}$. Desunt $\Delta^M\Theta^H$. Adsunt m et *l*

7,18 *timor* + *eorum* Z^2 cum *BLXG*, cf. $\mathfrak{G}$. Deest *l*

7,24 *desertores* + *qui ultro ierant* (*abierant B*) *ad regem demetrium* Z^2 cum *B*. Deest *l*

8,4 *locos qui longe erant*] *et terram quae longe erat* Z^3, cf. *B* (*cum esset terra illa longe*). Adest *l*

9,61 *adprehendit* + *ionathan* Z^2, cf. *B* (*conprehendit ionathas*) et $\mathfrak{G}^L$. Deest Γ^A; adest *l*

9,63 *denuntiauit* + *ut occurrent* Z^2, cf. *B* (*ut occurrerent*). Deest *l*

11,2 *pacificis* + *adloquens* Z^2 cum *B*, cf. $\mathfrak{G}^S$. Deest *l*

12,9 *nos* + *autem* Z^2 cum *B* et $\mathfrak{G}^L$. Deest *l*

14,27 *octaua*] praem. *hoc est autem exemplum scripturae* Z^3 cum *B*, cf. supra, p. XLII, codd. Θ Z cum *LX*. Desunt Γ^A et *l*

16,3 *sed* + *uos per misericordiam* (+ *dei B*) *sufficientibus annis* Z^2 cum *B*, cf. *LX* et $\mathfrak{G}$. Deest *l*

II Mcc 3,20 *deprecabantur* + *dominum* (*deum BM*) *ut misereretur* (*miseretur* Z^{A2}) *multitudinis* (– *dini BM*) *populi* (– *lorum M*) *et auferret ab eis imminentem ruinam* (*imminentiam ruinae B*) Z^A cum *BM*, cf. *P*. Deest *l*

3,23 *eodem loco*] *et ut accessit* Z^2 cum *B*, cf. *M*(*et ut accedens*). Deest *l*

3,23 *praesens*] *iam aperiret continuo* Z^2 cum *B*, cf. *M*(*aperuit eos continuo*). Deest *l*

3,25 *adornatus* + *et decore stratus* Z^2 cum *B*, cf. *M*(*mirabili decore stratus*). Deest *l*

5,18 *audacia* + *sua* Z^2 cum *BM*, cf. *P*. Deest *l*

7,2 *patrias*] *paternas* Z^2 cum *B*(*paternis*)*M*. Adest *l*

7,14 *erit* + *et his dictis m*[*ortuus est*] Z^2 cum *BMP*. Adest *l*

7,17 *torquebit* + *et his dictis m*[*ortuus est*] Z^2 cum *BMP*. Adest *l*

3. Alii codices cum *B*

M^2 I Mcc 1,49 *et*(1°) + *iussit* $M^2\Phi^P\Omega^S$ cum *B*, sed cf. 1,50. Deest *l*

11,27 *amicorum* + *suorum* $M^2\Phi^P\Psi^D$ cum *B*, cf. v. 26 *LXB* et $\mathfrak{G}$. Adest *l*

Θ^{H2} II Mcc 1,34-35 *templum* – *tribuebat*] *templum ut probaret quod factum erat et cum probasset sacerdotibus donauit multa bona* (om. *M*) *atque alia* (*atque alia*] *et alia* Ω^S; praem. *alia M*) *munera* (*innumera* Ω^{SJ}*) *et accipiens manu sua tradebat* (*tribuebat* Ω^{SJ}) *eis* Θ^{H2}(in ras.)Ω^{SJ} cum *M*, cf. *B*. Deest *l*

2,9 *et* (1°)] praem. *magnifice enim* (*etenim* $\Theta^{H2}\Omega^{M}$) *sapientiam tractabat* $\Theta^{H2}\Omega$ cum *M*, cf. *B*(*magnifice et sapientia tractabat*) et $\mathfrak{G}^{93}$. Deest *l*

Γ^{A} 3,19 *pectus*] praem. *percutientes* Γ^{A}, cf. *BM*(*percutiebant*). Deest *l*

Ψ^{D} II Mcc 3,1 *pietatem*] praem. *dispositionem et* $\Psi^{D}\Omega^{SJ}$ cum *BM*. Deest *l*

7,8 *faciam* + *ideo quia* (+ *hic BM*) *frater meus crudelem consecutus est poenam* (+ *ego BMP*) *negabo dominum* (*deum B*) Ψ^{D} cum *BMP*. Adest *l*

7,10 *extendit*] praem. *in ignem* Ψ^{D}, cf. *BM* (*super ignem*). Deest *l*

Caput V

DE ARCHETYPO

Affirmari potest recensionem vulgatam, si modo eam cum recensionibus *LX*(in priore eius parte)*lH*, ex quibus pendet, et cum graeco compares, omnium esse vitiosissimam. Saepe tamen dubitatur utrum menda quibus inficitur codicum archetypo, an recensoris neglegentiae, aut etiam exemplari recensionum *LX* quod ad textum retractandum usurpaverit sint assignanda.

I. De archetypo mendoso

Septies archetypum mendosum esse suspicati sumus.

I Mcc 5,13 in locis † Tubi † interfecti sunt

tubi restituimus: cf. *L*(*tobi*) *X*(*tobri*) et 𝔊 (τουβίου); *tubin* $\Theta^{S*AM*}Z^{*}$(∗*ubi*∗)^{S} (*lubin*)Γ^{A}, cf. *H*(*tobin*); *ubi* $AM^{*}\Theta^{S2}S^{*}OQ^{*}$ cum archetypo; *ubique* $\Phi^{RGP}\Theta^{M2}Z^{2}Q^{2}\Psi^{D}\Omega^{M}$; *tub*(*i*)*n ubique* Ω^{SJ}; *ibi* $C\Sigma\Delta^{L}\Lambda^{L}\Pi^{G}M^{2}S^{2}$; *isto ibi* Φ^{T2}(*stoi* in ras.). Desunt $\Delta^{M}\Theta^{H}$. ¶ ał *tubin*, ał *ibi* Θ^{M}.

Errorem hoc in contextu facillimum correximus, non tamen sine cunctatione, cum recensori oscitanti aut exemplari eius partim evanido possit assignari.

I Mcc 6,37 turres † ligneae † super eos firmae protegentes
super singulas bestias
et super eas machinae

ligneae posuimus cum *L*(*lignae*)*lXG* et 𝔊, item $\Pi^{G}M\Phi^{T2P}\Theta^{S}$(*ligne*)$^{AM*}SZ^{A2}Q\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega^{MS}$(*linee*)^{J} m; *ligneas* $C\Sigma\Delta\Lambda^{L}A\Phi^{T*RG}\Theta^{M2}Z^{A*}O$ cum archetypo, cf. *B* | *eos*] Z^{A*}; *eas* $AMZ^{A2}\Omega^{I2}$(*as* in ras.) | *firmae* Q^{*} cum *LXHG*(*firm*[..]*l*); *firme* $C\Sigma^{C}\Delta\Lambda^{L}\Theta^{S}OQ^{2}\Omega$ m; *firmatę* Z^{A} | *machinas* A cum *lH*. Desunt $\Theta^{H}Z$(rescr. Z^{A}).

De lectione archetypi, quae codicis A accusativo *machinas*, nisi cum praepositione *super* coniungatur, et adverbio *firme* codicum stirpis hispanae quodam modo corroboratur, non est dubitandum. *Ligneae* scripsimus, nominativo *firmae* nixi, quem codices praebent omnes; errorem vero archetypi unde ortus sit percipere nequimus.

II Mcc 5,8 conclusus † ad Aretam † Arabum tyrannum

ad aretam restituimus cum *L* et 𝔊; *ab (a)ret(h)a* codices omnes | *tyrannum* = C $\Delta\Pi^{G}$A*Φ^{T*RGP}SO cum *LlXBMP* et 𝔊; *tyranno* $\Sigma\Lambda^{L}A^{2}M\Phi^{T2}\Theta Z\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega$. Deest Q.

Lectione archetypi *tyrannum* freti, mendum correximus, cum eo facilius irrepsisse nobis videretur, quod librarii Iasonem, non apud Aretam Nabatheorum ducem, sed ab eo fuisse conclusum perperam intelligere potuerint[1].

II Mcc 8,17 ante oculos habentes contumeliam quae in locum sanctum ab his iniuste esset inlata itemque et † ludibrio † habitae ciuitatis iniuriam

ludibrio emendavimus sicut $\Delta^{LM}*\Phi^{T2}\Theta^{S}*^{HAM}*\Omega$; *ludibria* $C\Sigma\Delta^{M2}\Lambda^{L}\Pi^{G}AM\Phi^{T*RGP}\Theta^{S2M2}SZO\Psi^{D}$; [...] Γ^{A} | *habitae*] Z*; *habete* O; *habita ad* Z^{2}; *habita in* Π^{G}. Deest Q. — ἐμπεπαιγμένης πόλεως *delusae* (*inlusae P*) *ciuitatis* ad verbum transtulerunt *LX* (om. *ciuitatis*) *BMP*. Deest *l*.

Errorem archetypo imputandum esse duximus dativumque restituimus, quippe qui semper, quod sciamus, in locutionibus ut sunt *ludibrio, odio, contemptui haberi* vel similibus usurpetur[2].

II Mcc 10,13 eo quod Cyprum † creditus † a Filometore †...† Nobilem translatus etiam ab eo recessisset

creditus restituimus cum *L* (cf. 95 *reditus*) et 𝔊, item $\Delta^{L}\Phi^{T2P}\Theta SZ^{2}O\Psi^{D}$; *creditas* $C\Pi^{G}AM*\Phi^{T*RG}Z*\Gamma^{A}$ cum archetypo; *cre****s* Δ^{M*}; *creditam sibi* $M^{2}\Omega^{MS}$ cum *XP*; *sibi creditam* Ω^{l2}(in ras.) cum *BM*; *cretas* Σ^{T}(*cretes*)$^{C}\Delta^{M2}\Lambda^{L}$; praem. *defecisset et ad antiochum* Z^{2}, cf. infra | *a filio metore* $\Phi^{G}\Theta^{SH*A**M*}\Gamma^{A}$ cum *L*; *a filometorem* Π^{G}; *ad filometore* Δ^{M2} cum *X*; *ad filometorem* $\Delta^{LM}*\Theta^{M2}$; + *def(e)cisset* (*deseruisset* Ω cum *X*, cf. *BMP*) *et ad antiochum* (*ab antiocho* Φ^{P}; *ad* om. $\Delta^{L}\Phi^{T2}\Theta$) $\Delta^{L}M^{2}\Phi^{T2P}\Theta^{SHAM*}S^{2}Z*\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega$ cum *LX*, 95 et 𝔊, cf. *BMP* | *nobilem*] A* cum *LX*, 95 et 𝔊; *nobile* $C\Sigma\Lambda^{L}A^{2}$; *nobili* Φ^{P}; om. Ω^{M}; praem. ** M*. Deest Q.

Lectionem archetypi *creditas* reicimus, non tamen sine scrupulo, cum recensor Vulgatae exemplar recensionis *L* litteris fortasse visigothicis exaratum, ubi *u* littera cum *a* facile confunderetur, adhibere potuerit.

Aliquid post *a Filometore* intercidisse conicimus: nam cognomen *Nobilis*

---

[1] Praepositiones *ab* et *ad* in libris I-II Macchabeorum a librariis hic illic confusae sunt: cf. I Mcc 5,15 (*conuenisse...*) *ad Ptolomaidam* $\Pi^{G}AQ*$; 6,32 (*admouit castra*) *ab Bethzacara* Φ^{G}; 7,19 (*mouit... castra*) *ad Hierusalem* $\Phi\Theta^{S}*Z^{2}\Psi^{D}\Omega^{MJ}*$; 12,4 (*dederunt illis epistolas*) *ab ipsos*; 14,22 (*quae*) *ad ipsis* (*erant dicta*) Δ; II Mcc 8,7 *ab* (*huiuscemodi*) *excursus* (*ferebatur*) $\Delta^{L}Z*$.

[2] Cf. Gn 29,33; II Sm 19,6; II Par 28,19; Is 60,15; *T.L.L.* VI, 2446,80 – 2447,57.

nusquam alibi sine regis Antiochi nomine legitur (cf. I Mcc 10,1; II Mcc 2,21; 4,7; 10,9) et terminus ad quem aliquis vel aliquid transfertur cum praepositione semper iungitur (cf. II Mcc 4,10; 11,23. 24); forsitan supplendum sit *ad Antiochum* (*Nobilem translatus*).

II Mcc 10,19 Macchabeus... relicto Simone et Ioseppo item
† Zacheo †

zac(ha)eo restituimus cum *LXMP* et 𝔊, item Ω^{SJ}, cf. *B*; *mac(ch)abeus* $C\Sigma\ \Delta^{L}(-eos)^{M}\Lambda^{L}\Phi S^{2}\Psi^{D}$ cum archetypo; *mac(c)habeo* $\Pi^{G}A\Theta S^{*}ZO\Gamma^{A}$; ******M; om. Ω^{M}. Deest Q.

Lectionem *Mac(ch)abeus* absonam, deinde in nonnullis codicibus stirpis italicae ad contextum accommodatam, archetypo codicum nostrorum assignavimus, cuius librarius, lineis exemplaris inter se confusis, nomen linea superiore scriptum repetivit[3].

II Mcc 14,24 habebat autem semper Iudam carum ex animo erat
† viro † inclinatus

uiro secundum *L* et 𝔊 correximus cum $\Pi^{G}M^{2}\Phi\Theta S^{2}Z^{2}$(*uiso* Z*)$O\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega$, cf. *XBM*(*ei*) et *P*(*in ipsum uirum*); *uero* $C\Sigma\Delta\Lambda^{L}AM^{*}S^{*}$ cum archetypo. Deest Q.

Errorem, ut ex confusione phonetica ortum[4], archetypo attribuimus potius quam recensori, qui tamen ordinem vocum quae in recensione *L* leguntur commutavit, voce *uiro*, quae in *L erat* antecedit, post *erat* reiecta. Lectio archetypi *uero* distinctione codicis A corroboratur, ubi comma novum cum *erat* incipit.

II. De lectionibus archetypi recensori attributis

Lectiones archetypi etiam ineptas imperitiae recensoris assignavimus quotiescumque quodam modo intelligi possunt aut quadam lectione recensionis *L* vel *X* explicari.

Capitulum I Mcc LII *Ubi congregauit rex Demetrius... posuit eum in custodiam*, in quo versiculus I Mcc 14,1 b-d ad verbum fere repetitur, capitulum LIIIa iterat et evolvit, atque a ceteris capitulis prolixitate discrepat. Capitu-

---

[3] Cf. L. Havet, *Manuel de critique verbale appliquée aux textes latins*, Lutetiae Parisiorum 1911, p. 151-152, §§ 570-572.

[4] Cf. II Mcc 6,18 *uir aetate*]*uera (a)etate.*

lum in archetypi margine, ut videtur, scriptum et in capitulorum seriem introductum codices Θ^{SA}SOQΓ^{A}, capitulum vero LIIIa codices Δ^{LM} omiserunt; reliqui, MΘ^{M} exceptis, numerationem restituerunt, codices Π^{G}AΦ^{TRG}ZK numerum capituli LIIIb omittendo, codices autem C$\Sigma\Lambda^{L}\Phi^{P}$ capitulum LIIIa cum LIIIb copulando:

	AΦ^{TRG}ZK	Π^{G}	C$\Sigma\Lambda^{L}\Phi^{P}$	Ψ^{D}	MΘ^{M}	Θ^{SA}SOQΓ^{A}	Δ^{LM}
LI Ubi Simon	LI	XLVIIII	LI	LII	LI	LI	LI
LII [Ubi congr.]	LII	L	LII	LIII	LII	*capit. om.*	LII
LIII Ubi captus	LIII	LI			LIII	LII	*capit. om.*
	.....	.....	LIII	LIIII	.....	.....	.....
De sublim.	*num. om.*	*num. om.*			LIIII	LIII	LIII
LIIII Rescripta pacis	LIIII	LII	LIIII	LV	LV	LIIII	LIIII

I Mcc 1,4 congregavit virtutem *exercitum* fortem nimis

uirtutem exercitum = Σ^{T}*M$^{2}\Theta^{A}$OQ*, cf. *H*(*uirtutem exercitus*); ~ *exercitum uirtutem* A*; *uirtutem exercituum* C$\Sigma^{T2C}\Delta\Lambda^{L}\Pi^{G}$A^{2}M*$\Theta^{SM}$SZ*^{3}Q$^{2}\Gamma^{A}$ cum *X*; *uirtutem et exercitum* (– *tuum* Φ^{T*P}) ΦZ$^{2}\Psi^{D}\Omega$ cum *GB*. Deest Θ^{H}.

I Mcc 4,3 percutere virtutem *exercitum* regis quae erant in Ammaum

uirtutem exercitum = $\Delta^{L}\Lambda^{L}\Phi^{RG}$Z^{2}OQ cum *X*; *uirtutem exercituum* Z* et cett. cum *H* | *quae erant* = Π^{G}AΦ^{T}SZ*OΩ^{S}; *quae erat* M$\Phi^{RP}\Theta^{A}$Z^{2}QΩ^{MJ}, cf. *LX* (*quae*); *qui erant* C$\Sigma\Delta^{L}\Lambda^{L}\Theta^{S}\Gamma^{A}\Psi^{D}$; *qui erat* $\Phi^{G}\Theta^{M}$ cum *B*, cf. *HG* (*qui*). Desunt $\Delta^{M}\Theta^{H}$.

Glossas archetypi, quin etiam fortasse exemplaris quod recensor ad recensionem antiquam retractandam adhibuit (cf. 4,3 *X*) edidimus, ut quae lectiones codicum varias explicarent[5]. Monendum tamen vocalem *u* in hiatu interdum elidi vel contrahi (cf. I Mcc 11,40 *exercituum*] *exercitum*

[5] Eadem glossa invenitur in codice Ω^{J} I Mcc 5,56 *princeps exercitus uirtutis.*

$\Delta OQ\Psi^{D}$)[6]. Constructionem ad sensum *quae erant*, quae archetypo quoque vindicanda videtur, librarii alii aliter adimere studuerunt.

I Mcc 3,45 ibi erat habitatio gentium
et ablata est voluptas ab Iacob et defecit *ibi* tibia

ibi (2°) om. Φ^{G*} cum *LXHGB* et 𝔊. Desunt $\Delta^{M}\Theta^{SH}$.

Adverbium e dittographia ortum exemplar recensionis antiquae iam habuisse suspicamur; notandum recensorem verba *ibi erat*, quae nec in graeco nec in recensionibus *LXHGB* (deest *l*) leguntur, addidisse.

I Mcc 6,37 et super eas machinae
et super singulas viri virtutis triginta duo qui pugnabant
desuper et *intus* magister bestiae

intus magister bestiae = codices omnes. — *intus eius lX*; *intus magister eius B*; *intus eius magister bestiae H*; *induces eius L*, cf. 𝔊 (ὁ Ἰνδὸς αὐτοῦ).

Mendum *intus* quod *lXHB* iam exhibent, quamquam pronomen possessivum *eius* lectionem *indus* supponere videtur[7], recensori tribuimus. Animadvertendum tamen Vulgatam et cum ea recensionem *H* glossam *magister bestiae* ad vocem *indus* declarandam, non autem *intus*, introduxisse.

I Mcc 8,3-4 possiderunt omnem locum consilio suo et patientia
locos qui longe *erant* valde ab eis
et reges qui supervenerant illis ab extremis terrae
contriverunt

locos qui longe erant = $C\Lambda^{L2}A\Phi^{P}\Theta^{S2H2AM}S^{*}Z^{2}OQ$; *locus qui longe erant* $\Sigma^{C}\Lambda^{L*}\Theta^{S*H*}$ (*er*nt*); *lucos qui longe erant* Φ^{T*RG}, cf. Θ^{M} (¶ ał *lucos*); *l*cos que longe erant* Z*; *locus que longe erant* Δ^{M2}; *locosque qui longe erant* M^{2}; *locus qui longe erat* $\Sigma^{T}\Pi^{G}$, cf. *LXlG* (*et locus longe erat*) cum 𝔊; *locus que longe erat* M*; *loca* (*locas* Ψ^{D}) *qui longe erant* $S^{2}\Psi^{D}$; *loca qu(a)e longe erant* $\Delta^{LM*}\Phi^{T2}\Gamma^{\wedge}\Omega$; *et terram quę longe erat* Z^{3}, cf. *B*.

Suspicamur recensorem membrum, cum parenthesin esse non animadvertisset, ad *omnem locum*, quasi verbo *possiderunt* quoque regeretur, retulisse. Fatendum tamen *loci*, pro *loca*, nusquam in libris Macchabeorum, quin

---

[6] Lectio contraria *exercituum* pro *exercitum* multo saepius invenitur: cf. I Mcc 2,44 Λ^{L*}; 5,37 Q; 5,45 A; 6,38 Π^{C}A; 9,11 $\Delta^{LM*}\Pi^{C}$; 10,6 et 8 A; 11,15 Π^{C}; II Mcc, capit. XL Θ^{S}.

[7] Exempla adverbii *intus* praepositionis loco cum genitivo adiuncto perpauca recensuit E. Löfstedt, *Syntactica* II, p. 424 et n. 4 (adde Psalt. iuxta Hebr. 16,8 *intus oculi* $\Theta^{HG}\Lambda^{L}$); inter graecismos numeranda sunt Mt 23,26 et Lc 11,39.

etiam in Bibliis sacris, inveniri, excepto Ier 24,9 *in uniuersis locis ad quos* (*quae* $\Delta^{LM}\Omega$ cum *HI Jr* V 2, 5, cf. *C.C.L.* 74, p. 233, l. 5) *eieci eos.*

Conici fortasse liceret *locusque longe erat,* nisi *erant* codicibus melioris notae traderetur.

I Mcc 11,28 ut inmunem faceret Iudeam †...† toparcias
id est †...† et Samariam

toparcias (praem. *et* Φ^{P}) *id est et samariam* = $C\Sigma\Delta^{M2}A^{L}\Pi^{G}AM^{*}\Phi^{GRP}Z^{2}$; *toparcias id est samariam* $\Delta^{IM*}M^{2}SOQ$; *id est tres toparcias et* (om. Θ^{S}) *samariam* Φ^{T2} (*id est tr. top.* in ras.) $\Theta Z^{*}\Gamma^{A}$; *et tres toparcias id est samariam et confines eius* Ω; *terras parthias et samariam* Ψ^{D}. ¶ ał *iudęam toparchiam id est et samariam* Θ^{M}.

Recensiones *LHG* habent *ut inmunem faceret Iud(a)eam et* (om. G^{2}) *tria loca principalia et Samaritim* (– *tidin X*) cum 𝔊. Archetypum sanare noluimus, etsi forsitan coniciendum sit Vulgatae recensorem, quem constat exemplar graecum usurpasse, vocem *toparcias* quam introduxerat explanasse vel explanare in animo habuisse, et *Iudeam et tres toparcias id est loca principalia et Samariam* scripsisse, vel saltem scribere sibi proposuisse.

I Mcc 13,6 quia congregatae sunt universae gentes
conterere nos inimicitiae *gratis*

gratia $\Phi^{T}\Theta Z^{*3}\Gamma^{A}\Omega^{SJ}$ cum *LX* et 𝔊 (χάριν), cf. *B* (*causa*).

χάριν semper, nisi fallimur, *gratia* redditur; lectionem tamen archetypi duximus retinendam, cum asseverare non audeamus *gratia* in usum praepositionis, sicut *gratis,* transire non potuisse.

II Mcc 3,19 virgines quae conclusae erant procurrebant ad *Onian*

ad onian] *ad ianuam* Θ^{AM*}, cf. *LXBMP*(*ad ianuas*), *AM off* II 29 (*pulsabant ianuam*) et 𝔊 (ἐπὶ τοὺς πυλῶνας). Deest Q.

A lectione corrigenda abstinuimus, cum ambigeremus utrum archetypo corrupto tribuenda esset, an recensori oscitanti aut exemplari veteris recensionis mendoso quod retractavit.

II Mcc 4,19 misit Iason facinorosus ab Hierosolymis viros *peccatores*

peccatores = codices omnes, Ω^{S} excepto, ubi vocabulum omissum est. — *spectatores LXBM* (*expectatores*) *P, AM ep* 10 (57), 9, cum 𝔊 (θεωρούς). Deest Q.

Mendum in exemplari recensionis *L* vel *X* ex haplographia facillime

ortum, aut Iasonis scelesti mentione inductum, recensori, praesertim cum vocem *uiros* addiderit, assignandum arbitramur.

II Mcc 4,36 regressum regem de Ciliciae locis *audierunt* Iudaei

audierunt = CΣ^{T}Λ^{L}A cum *LX*; *adierunt* ceteri codices cum 𝔊 (ἐνετύγχανον). Desunt Γ^{A} et Q.

Etsi *adire* cum *audire* nonnumquam confunditur[8], lectionem, cum in codicibus *L* et *X* iam legatur, recensoris esse censuimus.

II Mcc 8,33 cum *epicinia* agerent in Hierosolymis

(e)picinia = CΣΔΛ^{L}Π^{G}A(*epicieinia*)M^{2}(rescr.)ΦΘ^{M2}S* (ut vid.)Z^{2}O; *epini(c)ia* Θ^{SHAM*} (ut vid.) Z*(ut vid.)Γ^{A}Ω^{MJ} cum *LX* (*ephenicia*) et 𝔊; *ephinici* Ψ^{D}; *en(c)enia* S^{2}Ω^{S}. Deest Q.

Mendum ad recensorem referendum videtur, qui vocem inusitatam[9] perperam legerit vel transcripserit.

Recensoris quoque imprudentiae confusionem imputavimus Gennaei cum gehenna:

II Mcc 12,2 Apollonius *gehennae* filius

ge(h)enn(a)e = CΣΔ^{M2}(*geen* in ras.)Λ^{L}Π^{G}AS^{2}O; *gehne* S*; *genne* Φ^{T*SRG}; *ioanne* Δ^{L}; *ge(n)n(a)ei* M^{2}(*nnaei* in ras.)Φ^{T2P}ΘZ*Γ^{A}Ψ^{D}Ω cum *LX*(*gennet*) *BMP* et 𝔊; *gehennei* Z^{2}. Deest Q.

II Mcc 12,10 inde cum *abessent* novem stadiis

abessent = C(*hab.*)AΘ^{S*HAM}Z^{2}O^{2}; *abesset* O*; *essent* Ω^{M}; *abissent* Φ^{T2}(*bis* in ras.) Θ^{S2}Z* et cett., cf. *X*(*iam habissent*)*L*(*iam ambiessent*, ex dittographia et conflatione) et 𝔊 (ἀποσπάσαντες; ἀποσπασθέντων 𝔊$^{L'}$). Deest Q.

---

[8] I Mcc 8,32 *audierint* Σ^{T}Δ^{M2}Λ^{L}*Π^{G}.¶Θ^{M}; II Mcc 4,8 *audito* Θ^{A}; 11,29 *audiit* O. Cf. quoque Sap 8,21 *audiui* 94; 14,4 *audeat* codex mediol., Ambros. B 48 inf.; Act 24,1 *audierunt* CΣ^{T}; 25,2 *audieruntque* CΣ^{T}, Fuldensis, Bonifat. 1, Sangermanensis *G* (paris. 11553, 1^{a} m.); 25,15 *audierunt* Σ^{T}A*, codex Iuveniani Vallicell. B 25^{II}; Idt 10,13 *audit*(*u*) cod. Lauresham. Vatic., Palat. lat. 24 (fol. suppl. 1^{a} m.), Σ^{T}Φ^{G}, codex coloniensis, Bibl. Capit. 43 (1^{a} m.).

[9] Bis tantum legitur in Scriptura: I Par 15,21, ubi codices lectionibus mere orthographicis inter se dissentiunt, et III Esr 3,5. Lectio glossarii Goetz V 498, 53 ex II Mcc pendet.

Lectionem *abessent* recensori, qui vocem *iam* omittit, vindicanda videtur. Nusquam enim in Bibliis sacris *abesset* pro *abisset* legitur, cum formae verbi *abesse* in formas verbi *abire* earum similes bis inveniantur commutatae: *aberat*] *abierat* Sap 14,17 AΦ^{G*} codex graecensis, Bibl. Univ. 167 (1^{a} m.), et II Mcc 12,29 Φ^{T*}Σ^{TC2}, ex perseveratione. Credi vix potest librarios huius versiculi 12,29 *ad ciuitatem... abierunt quae ab Hierosolymis sescentis stadiis aberat* memoria in errorem incidisse.

II Mcc 12,26 egressus est *a* Carnio

Sic codices omnes. Ceterae autem recensiones *ad* habent, recensione *X* excepta, ubi praepositio omissa est; cf. 𝔊 (ἐπὶ τὸ Κάρνιον). Confusio praepositionis *ad* cum *a*, licet sit post *egressus* facillima et error translationis librarios codicum Θ Z fugerit, qui Vulgatam secundum recensiones antiquas corrigere soliti sunt, ad recensorem retulimus; cf. II Mcc 5,8, p. LIV.

II Mcc 13,16 summoque metu ac perturbatione *hostium* replentes

hostium replentes = CΣΛ^{L}Π^{C}AM*Φ^{T*RGP}ΘSZ*OΓ^{A}; *hostium castra replentes* ΔΦ^{T2P}Ψ^{D} Ω^{M2SJ}; *castra hostium replentes* Z^{2}; *hostium replentes castra* Ω^{M*}; *hostibus repletis* M^{2}. Deest Q. — *metu* (+ *magno X*) *castra et tumultu imple*(*u*)*erunt LX*, cf. 𝔊 (τὴν παρεμβολὴν δέους καὶ ταραχῆς ἐπλήρωσαν). Deest *l*.

Inconcinnitatem recensoris esse duximus, qui, cum textum retractaret, vocem *castra* in recensionibus *LX* anticipatam aut omiserit aut, litteris exemplaris partim evanidis, cum *hostiū* confuderit. Vocabulum παρεμβολή, quod 67^{es} in libris I-II Mcc invenitur, aut *castra* (36^{es}) aut *exercitus* (30^{es}) in recensionibus *LX* redditur, semel omittitur (I Mcc 6,6); porro recensor Vulgatae recensiones *LX* toties ad verbum repetivit, excepto I Mcc 6,6, ubi *de castris quae exciderunt* (*LlXH*) omisit.

Archetypi rationem scribendi servavimus I Mcc 1,34 *possiderunt* (cum *LXH*; *possederunt* Λ^{L2}Π^{C}M^{2}Θ^{AM}O*Q^{2}Ω cum *G* et *B*; desunt Θ^{SH} et *l*) et 8,3 (cum *LlXG*; *possederunt* Λ^{L2}AM^{2}Φ^{P2}Θ^{SAM}SOQ*Ω), II Mcc 4,30 *Antiochide*, 6,19 *uoluntariae* (*uoluntarie* Π^{C}Θ^{HAM}S^{2}QΩ cum *LlX*), 12,25 *inlesum* (cum *M*, cf. *inlesos LXP*; *inlęsum* M; *inlaesum* Φ^{P}Z; deest *l*).

III. De lectionibus archetypi incertis

De archetypi lectionibus non dubitatur, quotiescumque testes traditionis hispanae, praesertim codex Cavensis, et traditionis italicae, in primis codex Amiatinus, inter se consentiunt; ambigitur autem sicubi C et A lectionibus diversis suffragantur.

I Mcc 3,34-36 34 mandavit ei de omnibus quae volebat
.....
35 *ut* mitteret ad eos exercitum...
.....
36 et ut constitueret...

35 *ut* = CΣΔ^{L}Λ^{L}Φ^{T}Θ^{AM}Z*^{3}Q^{2}Ψ^{D}; *et* Π^{G}AM*SOQ*(ut vid.)Γ^{A}; *et ut* M^{2}Φ^{RGP}Z^{2}Ω. 36. *et* om. Q. Desunt Δ^{M}Θ^{SH}. — *mandauit ei ...mittere ...et constituere LXHG* cum 𝔊 (ἐνετείλατο αὐτῷ...ἀποστεῖλαι... καὶ κατοικίσαι); *mandauit ei .... ut mitteret ... et... constitueret B.* Deest *l*.

Concinnitatis gratia (cf. 36 *ut constitueret*) lectionem stirpis hispanae elegimus, non tamen sine dubitatione: orationem enim obliquam habent codices fere omnes II Mcc 14,13 *datis mandatis ... Iudam caperet* (*capere* Λ^{L} Π^{G}), codex A prima manu cum *L* II Mcc 14,19 *misit Possidonium et Theodotum et Matthathiam darent* (*ut darent* cett.).

I Mcc 7,38 fac vindictam in homine isto et *exercitum* eius

exercitum = CΛ^{L}*Π^{G}Z*^{3} cum *LG*; *exercitus* M*; *in exercitum* S*O; *exercitu* ΣΔΛ^{2}M^{2} ΦΘ^{S*HAM}Z^{2}QΓ^{A}Ω; *in exercitu* AΘ^{S2}S^{2}Ψ^{D} cum *X* et 𝔊.

Lectionem duriorem, quam librarii alii aliter correxerunt, archetypo, immo recensori vindicavimus.

I Mcc 10,5 recordabitur enim *omnium* quae fecimus in eum

omnium = Δ^{L*M*}Π^{G}AMΘSZ*OQΩ^{J*} cum 𝔊$^{62\text{-}93}$; *malorum* Σ^{T}; *omnium malorum* CΣ^{C} Δ^{L2M2}Λ^{L}ΦZ^{2}Γ^{A}Ψ^{D}Ω^{MSJ2} cum *LXG* et 𝔊, cf. *l* (*omnium malum*) et *B* (*omnia mala*).

Lectionem breviorem a codice A traditam et a ceterarum recensionum lectione diversam potiorem esse censuimus.

I Mcc 15,3 *electum* feci *multitudines* exercitus

electum feci multitudines = CΣ^{T*C}ΔΛ^{L}ΘZ*OQΓ^{A} ; *electum feci multitudinem* Π^{G}AMΦ^{T2P}SZ^{3}Ψ^{D}Ω^{J*}; *electam feci multitudinem* Σ^{T2}Φ^{T*RG}Z^{2}Ω^{MSJ2} | *exercituum* CΣΛ^{L2}(ex *exercitum*, littera *u* supra lineam addita). — *dilectumque feci multitudinis uirtutum L*, cf. 𝔊 ἐξενολόγησα δὲ πλῆθος (πλήθη 𝔊^{L}) δυνάμεων; aliter *X*, qui tamen *dilectum* habet et *multitudines*; *probaui ... multitudinem exercitus B*. Deest *l*.

Lectionem difficiliorem edidimus, quippe quam librarii sua sponte suoque Marte ponere vix potuerint.

II Mcc 3,13 dicebat omni genere *regiae* deferenda

regiae = A Φ^{RG}O; *regi*** M* Φ^{T}* S*; *regi ea* C Σ Δ Λ^{L} Π^{G} M^{2} Φ^{T2P} Θ S^{2} Z^{2} Γ^{A} Ψ^{D}; *regi***reg**** Z*, ex iteratione; *regi esse* Ω^{M}; *regi ea esse* Ω^{SJ}. Deest Q. — Graecum πάντως ἔλεγεν εἰς τὸ βασιλικὸν (τὸ βασ.] τὴν βασιλικὴν πρόσοδον $\mathfrak{G}^{VL}$) ἀναληπτέα ταῦτα εἶναι recensiones latinae aliae aliter transtulerunt.

Lectionem *regiae*, codicem A secuti, archetypo vindicamus, textumque corruptum esse suspicamur. Nam *deferenda* subiecto caret, et τὸ βασιλικόν nusquam alibi voce *regia*, sed *rex* redditur: cf. I Mcc 10,43; 11,34; 13,35 (om. Vulg 15,8); adde quod verbum *deferre*, cum complementum regit inanimatum, non dativo, sed accusativo cum praepositione *ad* aut *in* adiungitur. *Regiae* tamen edidimus, lectionemque *regi ea* librariis tribuimus, qui textum ad grammaticorum normas redigere studuerunt.

Caput VI

DE PRAEFATIONIBUS ET CAPITULIS

Quattuor prologi vel praefatiunculae codicibus et editionibus quibus usi sumus traduntur:

1. Prologus *Macchabeorum libri duo*, codice Θ^{H} et editione a, qui capitula non habent, ante librum I, codicibus $\Theta^{S}\Gamma^{A}$ (quo in codice Γ^{A} excerptum ex Isidori *Prooemiis* subsequitur et cum eo conflatum est) ante capitula libri I, codicibus $\Delta^{L}Z^{A}$(manu saeculi XII, in spatio autem, ut videtur, vacuo adposite relicto) Ψ^{D} inter capitula libri I et librum I, codice Θ^{M} inter capitula libri II et librum I, codicibus Ω^{SJ}, qui capitula non continent, inter Rabani Mauri epistulas et librum I, editionibus denique gb ante Isidori Hispalensis Prooemium.

2. Prooemium *Maccabeorum libri licet* ex Isidori *Prooemiis in libros Veteris ac Novi Testamenti* depromptum, codice Γ^{A}, ubi cum Prologo *Macchabeorum libri duo* coniunctum est, ante capitula libri I, Δ^{B} (*burgensi, Semin. S. Hieronymi s.n.*)[1] Λ^{L} inter capitula libri I et librum I, editionibus gre, in quibus *Argumento* continuatur, aut inter Prologum et librum I (g), aut ante librum I (re, qui Prologum non habent), editione b inter Prologum et *Notitiam de regibus.*

Notandum Isidorem mendum *Persarum*, quo Prologus *Macchabeorum libri duo* inficitur et in omnibus recensionis vulgatae exemplaribus legitur, in sua *Prooemia* admisisse.

3. *Argumentum* de VII Fratribus Macchabeis, editionibus gre, ubi Prooemium Isidori sine distinctione subsequitur. Praeter eas editiones, codicem *vaticanum latinum* 1 ad textum *Argumenti* recognoscendum adhibuimus.

4. Rabani Mauri epistulae ad Ludovicum regem et ad Geroldum archidiaconum una cum Commentariis in libros I et II Macchabeorum mandatae[2], codicibus Ω^{SJ} ante prologum *Macchabeorum libri duo.*

---

[1] De codice burgensi (olim caradignensi), manu visigothica saec. X exscripto, cf. *Biblia Sacra* XV, *Liber Hiezechielis*, Romae 1978, p. XV, et W. Thiele, *Sapientia Salomonis* (Vetus Latina 11/1), Friburgi Brisg. 1977, p. 61.

[2] Ep. 35 et 19: *M.G.H. Epistulae* V, ed. E. Dümmler, Berolini 1899, p. 469-470 et 424-425.

Notitiam denique *de Regibus* vel indicem regum quorum nomina in libro I memorantur praebent codices Δ^{L} Δ^{M} (in folio Δ^{MS} suppleto[3] exaratam) ante capitula libri I, $\Delta^{B}\Lambda^{L}$ post librum II, editio ♄ inter Prooemium et capitula libri I.

Capitula non continent codex Θ^{H}, qui librum I Mcc 1,1 – 6,40 secundum recensionem a Vulgata diversam (*H*) exhibet, codices Ω, editiones agrelfuscm. In codice Q capitula libri II ex recensione huius libri, a Vulgata diversa, sunt deprompta.

Codicis denique K (*coloniensis, Bibl. Capit. Cath.* 43)[4] librarius capitula tantum librorum I et II exscripsit.

[3] Folium 121, manu visigothica seriore scriptum, in locum folii excisi insertum est, ne, Corpore prophetico translato ut libros Macchabeorum proxime antecederet, prophetia Malachiae truncaretur; continet Mal 2, 14 usque ad finem (121ra-va lin. 8), *Notitiam de regibus* (121va lin. 10-30, lin. 31-43 vacuis relictis), *Incipit capitulationes de libro Maccabeorum*, capitula I-XV (121vb, lin. 2-39).

[4] E.A. Lowe, *C.L.A.* VIII, Oxonii 1959, n° 1148.

Ordo praefationum et capitulorum

	Prol. *Mcc libri duo*	Isid. Prooem. *Mcc libri licet*	*Argum.* de VII Fratr.	Rab. Mauri epist.	*Notitia de Regibus*	Capit. I	I Mcc	Capit. II	II Mcc
CΣΠ^{G}AMΦ SO (cf. Z)						1	2	3	4
Q						1	2	3 (VL *P*)	4 (VL *P*)
Δ^{L}	3				1	2	4	5	6
Δ^{M}					1 (Δ^{MS})	2	3	4	5
$\Delta^{B}\Lambda^{M}$		2			6	1	3	4	5
Θ^{S}	1					2	3	4	5
Θ^{H}	1						2 (1-6: VL *H*)		3
Θ^{A}						1	3	2	4
Θ^{M}	3					1	4	2	5
Z	2 (Z^{A})					1	3	4	5
Γ^{A}	1 ~ Prooem.+Prol.					2	3	4	5
Ψ^{D}	2					1	3	4	5
Ω^{SJ}	2			1			3		4
Ω^{M} lbscm							1		2
a	1						2		3
g	1	2	3				4		5
re		1	2				3		4
b	1	2			3	4	5	6	7

PRAEFATIONES

IN LIBROS MACCHABEORUM

INDEX CODICUM

I. PROLOGI IN LIBROS MACCHABEORUM

Δ^{L} Legionensis, Capit. Cath. 6, a. 920.
Θ^{S} Stuttgardiensis H.B. II 16, a. 795-799.
Θ^{H} Londinensis Add. 24142, a. 795-800.
Θ^{M} Parisinus lat. 9380, s. IX in.
Z^{A} Metensis 7, s. VIII ex. *Prolog. addidit manus xii ex.*
Γ^{A} Mediolanensis, Ambros. E 53 inf., s. X.
Ψ^{D} Vaticanus lat. 10511, ca 1075.
Ω^{S} Parisinus lat. 15467, a. 1270.
Ω^{J} Parisinus lat. 16722, ca 1250.
𝔞 Editio princeps, a. 1452 (*exemplar Barb*: Vatic., Stamp. Barb. AAA IV 17; *tab. rubr.*: *tabula rubricarum exemplaris monacensis* Clm 63 a 1).[1]
𝔤 Editio Gobelini Laridii, a. 1530.
𝔟 Editio Donatiani De Bruyne, Maretioli 1932.

II. PROLOGI EX ISIDORI PROOEMIIS DEPROMPTI

X Matritensis, Univ. Centr. 31, s. X.
Δ^{B} Burgensis, Seminarii, s. X.
Λ^{L} Legionensis, S. Isidori, a. 960.
Γ^{A} Mediolanensis, Ambros. E 53 inf. s. X.
𝔤 Editio Gobelini Laridii, a. 1530.
𝔯 Editio Roberti Stephani secunda, a. 1532.
𝔢 Editio Roberti Stephani quarta, a. 1540.
𝔟 Editio Donatiani De Bruyne, Maretioli 1932.

III. ARGUMENTI

V Vaticanus lat. 1, a. 1454.
𝔤 Editio Gobelini Laridii, a. 1530.
𝔯 Editio Roberti Stephani secunda, a. 1532.
𝔢 Editio Roberti Stephani quarta, a. 1540.

IV. EPISTULARUM RABANI MAURI

Ω^{S} Parisinus lat. 15467, a. 1270.
Ω^{J} Parisinus lat. 16722, a. 1250.

V. NOTITIAE DE REGIBUS

Δ^{B} Burgensis, Seminarii, s. X.
Δ^{L} Legionensis, Capit. Cath. 6, a. 920.
Δ^{MS} Matritensis, Academ. Hist. 20, folium s. XII suppletum.
Λ^{L} Legionensis, S. Isidori, a. 960.
𝔟 Editio Donatiani De Bruyne, Maretioli 1932.

[1] Cf. W. SCHMIDT, *Zur Tabula Rubricarum*, in *Johann Gutenberg. Die Zweiundvierzeilige Bibel*, Monaci, 1976, p. 177-183.

INCIPIT PROLOGUS IN LIBROS MACCHABEORUM

Macchabeorum libri duo praenotant proelia inter Hebreorum duces gentemque Persarum, pugnam quoque sabbatorum et nobiles Macchabei ducis triumphos, ex cuius nomine et libri idem sunt nuncupati. Haec quoque historia continet etiam inclita illa gesta Macchabeorum fratrum, qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt, quos mater pia cum diversis suppliciis urguerentur, non solum non flevit sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

Codd. $\Delta^{L}\Theta^{SHM}Z^{A}\Gamma^{A}\Psi^{D}\Omega^{SJ}$agb.

Tit. hic (*om.* $\Delta^{L}\Psi^{D}$) incipit prologus in primo (*om.* $\Delta^{L}\Psi^{D}$) libro ma(c)chabeorum $\Delta^{L}\Psi^{D}$a (*exemplar Barb.*); incipit prologus beati ieronimi presbiteri in libros machabeorum a (*tab. rubr.*); d. hieronymi in libros machabaeorum prologus g; incipit maccha-beorum prologus Θ^{S}; incipit prologus Θ^{H}; incipit prefatio in eodem libro Θ^{M}; item alius prologus ad idem (ad idem *om.* Ω^{J}) Ω^{SJ}; *om.* Z^{A}b.

2. Persarum *cum archetypo, loco lectionis rectae* Graecorum *codice Bononiensi Univ.* 2571/626, *qui interpretationem B continet, traditae* | sabbatorum] *scrips.* sabbarum Θ^{H*} | ducis Ω^{J2} (is *corr.*) | 3. triumphos + exercitus Ω^{J} | et *om.* Z^{A} ~ idem libri Ω^{J} | haec] *adducuntur lectiones cod.* Γ^{A} *variae, in quo argumentum ex Isidori prooemiis excerptum hoc cum prologo conflatum est* | 4. quoque *om.* Γ^{A} | storia $\Delta^{L}\Theta^{H*M}$ | ~ incl. etiam Γ^{A} | 5. dira] dura Ω^{SJ} | perpensi Θ^{S} | 6. quas Ψ^{D} | pia cum] pia dum ag; dum pia Ω^{SJ*} | urgerentur agb | non (*2°*) *om.* $\Gamma^{A}\Psi^{D}$.

Subscr. explicit prologus $\Delta^{L}\Psi^{D}$a (*tab. rubr.*); *sine subscr.* $\Theta^{SHM}Z^{A}\Gamma^{A}\Omega^{SJ}$a(*exemplar Barb.*)gb.

2. Prologus ex Isidori Prooemiis depromptus

Maccabeorum libri, licet non habeantur in canone Hebreorum, tamen ab ecclesia inter divinorum voluminum adnumerantur historias. Praenotant autem proelia inter Hebreorum duces gentemque Persarum, pugnam

Codd. $X\Delta^{B}\Lambda^{L}\Gamma^{A}$greb.

Tit. Incipit prologus in libris maccabeorum X; incipit machabeorum prologus Γ^{A}; incipiunt prologus in libro maccabeorum Λ^{L}; prologus in librorum maccabeorum Δ^{B}; alius prologus g; praefatio in libros machabeorum re; *sine tit.* b.

1. hebrorum Δ^{B} | 2. ab] ascam X | adnumeratur $\Delta^{B}\Gamma^{A}$; annotantur gre | storias $X\Lambda^{L}$ | praen.] notant re | 3. hebr.] machabeorum Γ^{A} | gentesque Γ^{A}gre; et gentemque Λ^{L*}; et gentem Λ^{L2} | Persarum *loco* Graecorum: *cf. Prologum superiorem, in apparatu* |

quoque sabbatorum et nobiles Maccabei triumphos foedus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus actaque legationum.

Codd. $X\Delta^{B}\Lambda^{L}\Gamma^{A}$**greb**.

pugn. quoque] pugnasque Γ^{A} | 4. triumphos] *praem.* ducis Γ^{A}; + ex cuius nomine libri idem sunt nuncupati Γ^{A}, *ex Prol.* Macchabeorum libri duo praenotant | 5. actaque] atque **re** | legationum + hęc istoria continet... ad gloriam passionis Γ^{A}, *ex Prol.* Macchabeorum libri duo praenotant. *Lectiones* Γ^{A} *varias vide supra in huius prologi apparatu.*

Subscr. finit prologus Δ^{B}; explicit prefatio X; *om.* $\Lambda^{L}\Gamma^{A}$**greb**, *quibus in editionibus prooemium prologo* Machabei septem fratres *continuatur.*

3. Argumentum

Machabei septem fratres ab una matre Machabea nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege saevissimo in Antiochia martyrii gloria coronati sunt cum matre sua atque sepulti cum magna veneratione ibi quiescunt.

Cod. V**gre**.

Tit. Incipit argumentum V; *sine titulo* **gre**, *ubi prologus prooemium Isidori subsequitur.*

Subscr. explicit argumentum V; *sine subscr.* **gre**.

4. Rabani Mauri epistulae

1. Domino excellentissimo et in cultu christianae religionis strenuissimo Lodovico regi Rabanus, vilissimus servorum Dei, in Domino dominorum perpetuam optat salutem.

Cum sim promptus animorum ad parendum atque serviendum vestrae voluntati, cotidie cogito quid honorificentiae vestrae gratum exhibeam, ut mei memoria sedulo apud vos maneat et devotio mentis meae erga obsequium vestrum appareat, unde grandis mihi questionis angustia in animo versatur cogitandi quid potissimum reverentiae vestrae offeram, quando alii iuxta id quod sibi condecet et opulentia rerum vires illis ministrat, multiplicia vobis deferunt munera.

Codd. Ω^{SJ}.

Tit. incipit (*om.* Ω^{S}) prologus in librum (libro Ω^{S}) machabeorum Ω^{SJ}.

4. animorum] *sic codd.* Ω^{SJ} *exemplar, fort. genit.* animi, *licet in plurali: cf.* E. Löfstedt, *Syntactica* I, *Lund*^{2}, 1942, *p.* 172-174; animo Dümmler, *M.G.H., Ep.*V, *p.* 469, 31 | parandum Ω^{S*} | 6. maneat — mee] *in ras.* Ω^{J2} | 7. ~ mihi grandis Ω^{S*} | questionis

Ego autem ita per me hoc non efficere posse sentio, sed tamen vacuus a munere penitus non ero, quia iuxta paupertatem virium mearum et ingenii tenuitatem ea, quae in meditatione sanctarum scripturarum elaboravi, offerre decerno. Quae licet non sint condigna providentiae vestrae, tamen, credo, non sunt ubique spernenda. Praeterito siquidem anno transmisi vobis tractatum in Danielem prophetam, quem non solum ex dictis maiorum, quin etiam ex nostrae parvitatis sensu confeceram. Nunc vero, quia tempus est illud quo romana ecclesia constituit libros Machabeorum legi in ecclesia, eorumdem librorum expositionem, quam ante annos aliquot, rogantibus amicis, sensu historico simul et allegorico dictaveram, excellentiae vestrae defero, ut si aliquando sensum mysticum in eis dinoscere vos delectet, habeatis in promptu quo illum explicitum invenire valeatis, non dico valde diserte et oratione rhetorica, sed lucido sermone et catholica fide. Vos quoque, si quid in predicto opere reperiatis vobis gratum et rite prolatum eius gratiae hoc deputetis, a quo est omne bonum; si quid autem minus recte vel inconvenienter positum vobis ibidem videatur, inperitiae meae magis deputetis quam malitiae, qui quamdiu in hoc corpusculo vixero, in Christi servitio, prout possibilitas fuerit, laborare contendo. Ipsius enim est misericordiae, ut qui mihi in animo hoc dedit velle, ipsum me bono opere faciat consummare, de quo propheta ait: *Prope est Dominus omnibus invocantibus se in veritate* et *Non derelinquet omnes sperantes in se.*

Divinitas Domini nostri Iesu Christi diu vos hic incolumes et legis Dei veritatem amantes ad multorum salutem custodiat et post huius vitae cursum ad veram et aeternam beatitudinem pervenire concedat.

16. *cf. ep.* 34 (*M.G.H., Epp.* V, *p.* 467-469). 25. *cf. Iac* 1, 17. 29. *cf. Rm* 7, 18. 31. *Ps* 144, 18. 32. *Ps* 33, 23.

Codd. Ω^{SJ}.

om. Ω^{S*} | 11. ita] *in ras.* Ω^{J2} | 15. sunt] sint Ω^{S*}(*ut vid.*) | ubique] Ω^{J2} (q *corr.*) | 16. quem] *in ras.* Ω^{J2} | 17. dictis— sensu] *in ras.* Ω^{J2} | 18. nunc vero quia] *in ras. ut vid.* Ω^{J2} | 22. quo] quod Ω^{S} | 26. si quid] Ω^{S2} (q *ex* c) | inconvenient Ω^{J} | 27. deputetis] imputetis Ω^{J} | 29. est *om.* Ω^{S*} | 30. confaciat Ω^{J*} | 31. se (*1°*)] eum Ω^{S} | 32. sperantes] qui sperant Ω^{J}.

2. Reverentissimo et omni caritatis officio dignissimo Geroldo sacri palatii archidiacono Rabanus, vilis Dei servus servorum in Christo salutem.

Memini me in palatio Vangionum civitatis constitutum tecum habere sermonem de eminentia sanctarum scripturarum et de difficultate divinarum historiarum, in quibus non solum per aliquanta loca propter varietatem rerum et situm provinciarum obscurus est sensus, quin etiam per tropos figurarum occultus est intellectus.

Et quia eodem tempore commentarios in libros Regum nuper a nobis editos venerabili abbati Hilduino tradideram, tu quidem parvitatem meam exhortatus es, quatinus in libros Paralipomenon atque Machabeorum commentarios iuxta vestigia maiorum pari studio conderem. Feci quantum potui et prioris libri expositionem Ludovico regi editam dedi, sequentia vero tuae sanctitati tradendam reservari, ut petitio tua non esset vana, neque haberes me suggillandum quasi tibi roganti nollem conferre quod aliis gratis contulerim. Proinde, quia iam confectum opus habes, utere eo, sicut decet servum Christi, cum communione multorum, et quod solus impetraveras, ad plurimorum utilitatem pervenire facias.

De cetero quoque volo sanctitatem tuam scire, quod ipsum opus ideo partim de divina historia, partim de Iosephi Iudeorum historici traditione, partim vero de aliarum gentium historiis contexui, ut quia non tantum gentis iudeae ac principum eius, sed et aliarum gentium similiter in ipso libro mentio fit, ex multorum librorum collatione veritas sacrae historiae pateat et sensus narrationis eius lectori lucidior fiat. Tu vero, si quid in memorato opere tibi gratum atque utile inveneris, largitori omnium bonorum inde gratias referas; si quid autem reprehensibile in eo esse perspexeris, meae infirmitati et imperitiae deputes, et apud clementem iudicem veniam impetrare nobis per sacras orationes festines, sicque optimo largitori dignum honorem et fragili opifici oportunum conferes solatium.

Fraternitatem tuam divina maiestas prosperis successibus pollentem et aeternae beatitudinis gaudia promerentem omni tempore nostri memorem conservare dignetur.

9-10. *cf. ep.* 14 (*M.G.H., p.* 402-403). 11. *cf. ep.* 18 (*M.G.H., p.* 422-424).

Codd. Ω^{SJ}

Tit. item (om. Ω^{S}) alius prologus Ω^{SJ}; + in libro machabeorum Ω^{S}.

1. reverent. + domino Ω^{S} | 7. uariet.] uaritatem Ω^{J} | 10. helduino Ω^{S} | 16. contuleram Ω^{J} | 18. plurim.] multorum Ω^{J} | 24. lucidior] Ω^{J2} (d *corr.*) | 26. omnium] Ω^{J2} (o *ex* u) | bonorum] Ω^{S2} (*alt.* o *corr.*) | gratias *om.* Ω^{J*}.

5. Notitia de regibus

Incipit notitia de regibus qui habentur in libro Maccabeorum.

i. Alaxander magnus Macedo regnavit annos xii
ii. Antiocus Inlustris, qui et Epiphanes, regnavit annos xi.
iii. Antiocus Eupator, filius eius, regnavit annos ii.
iiii. Demetrius Soter, filius Seleuci, regnavit annos xii.
v. Alaxander, Antioci Nobilis filius, frater Eupatoris, regnavit annos x.
vi. Ptolomeus Evergetis, rex Egypti, qui filiam suam Alaxandro dedit uxorem, regnavit annos xxviiii.
vii. Demetrius, filius Demetri, regnavit annos iii.
viii. Antiocus, filius Alaxandri, sumto regno, post non multum temporis a Trifone interfectus est.
viiii. Arsaces, rex Persarum, Demetrium fines suos intrantem capuit et occidit.
x. Antiocus Sidetes, filius Demetrii, regnavit annos viiii.
xi. Seleucius vero Filopator, qui in prefatione libri secundi memoratur, prior Antioco Inlustre regnavit annos xii. Proinde nihil de eodem in libro primo habetur scriptum.

11. *cf. II Mcc* 3, 3; 4, 7.

Codd. $\Delta^{BL}\Delta^{MS}\Lambda^{L}\mathfrak{h}$

Tit. Incipit (*om.* $\Delta^{B}\Lambda^{L}$) notitia de regibus qui (que Δ^{LB}) habentur in libro (libris $\Delta^{B}\Lambda^{L}$) maccabeorum.

1. *num. om.* Δ^{B} | 2. regnavit *om.* Λ^{L} | 3. regnavit *om.* Λ^{L} | ii] xii $\Delta^{M(S)}$, *cf.* 4 | 4. demetrius sother Δ^{B1}, *in ras., ut vid.* | seleuci* Δ^{L*}; eleuchi Δ^{B} | regnavit *om.* Λ^{L} | 5. eupatris Λ^{L*}; eopatris Δ^{L} | regnavit *om.* Λ^{L} | x] xi Δ^{B*} | 6. filia suam Δ^{B} | alaxander Δ^{LMS} | regnavit *om.* Λ^{L} | 7. regnavit *om.* Λ^{L} | 8. interf. est] interfecerunt Δ^{MS} | 9. artarxersis Δ^{MS} | intrante Δ^{LMS} (-tę) | capuit] Λ^{L*}; capiit $\Delta^{B}\Lambda^{L2}\mathfrak{h}$ | 10. regnavit *om.* Λ^{L} | 11. *num. om.* Λ^{L} | seleuchus Δ^{B} | filopater $\Delta^{LMS}\Lambda^{L}$ | libris Δ^{MS} | inlustris Δ^{L}; *om.* Δ^{MS} | habetur *om.* Λ^{L} | conscriptum Δ^{B}; *om.* Λ^{L}; + finit $\Delta^{B}\Lambda^{L}$.

LIBRI I-II MACCHABEORUM

CODICES CAPITULORUM

C	Cavensis, Abb. 1 (14), paulo post 850.
Σ^{T}	Matritensis, Bibl. Nat. Vitr. 13-1, ca 950.
Σ^{C}	Matritensis, Univ. Centr. 32, s. x in.
Δ^{L}	Legionensis, Capit. Cath. 6, a. 920.
Δ^{M}	Matritensis, Academ. Hist. 20, ca 900 (Δ^{MS} fol. s. XII suppletum).
Λ^{L}	Legionensis, S. Isidori, a. 960.
Π^{G}	Casinensis, Abb. 572, s. XI^{1}.
A	Florentinus, Laurent., a. 710-715.
M	Ambianensis 11, ante 781.
Φ^{T}	Sangallensis, Abb. 75, ca 802.
Φ^{R}	Parisinus lat. 3, ca 835.
Φ^{G}	Londinensis Add. 10546, a. 830-834.
Φ^{P}	Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros, ca 870.
Θ^{S}	Stuttgardiensis H.B. II 16, a. 795-799.
Θ^{A}	Aniciensis, Capit. Cath., ca 800.
Θ^{M}	Parisinus lat. 9380, a. 800-805.
K	Coloniensis, Capit. Cath. 43, s. VIII ex.
S	Sangallensis, Abb. 12, s. VIII ex.
Z	Metensis 7, ante 791.
O	Monacensis lat. 9668, s. IX in.
Q	Mediolanensis, Ambros. E 26 inf., a. 825-850. (Capitula libri I) [1].
Γ^{A}	Mediolanensis, Ambros. E 53 inf. s. x.
Ψ^{VD}	Vaticanus lat. 10511, ca 1075.
$\mathfrak{b}$	Editio Donatiani De Bruyne, Maretioli 1932.

[1] Codicis Q capitula libri II, cum sint ex alia interpretatione libri sumpta, praetermisimus; cf. D. De Bruyne, *Les anciennes traductions latines des Machabées*, Anecdota Maredsolana IV, Maretioli 1932, p. LIX et 102.

CODICES LIBRORUM

C (*Cavensis*) Cavensis, Abb. 1 (14), paulo post 850.
Σ^{T} (*Toletanus*) Matritensis, Bibl. Nat. Vitr. 13-1, ca 950.
Σ^{C} (*Complutensis*[2]) Matritensis, Univ. Centr. 32, s. x in.
Δ^{L} (*Legionensis*[1]) Legionensis, Capit. Cath. 6, a. 920.
Δ^{M} (*Aemilianensis*) Matritensis, Acad. Hist. 20, ca 900.
Λ^{L} (*Legionensis*[2]) Legionensis, S. Isidori, a. 960.

Π^{G} (*Casinensis*) Casinensis, Abb. 572, s. xi[1].

A (*Amiatinus*) Florentinus, Laurent., a. 710-715.
M (*Maurdramni*) Ambianensis 11, ante 781.
Φ^{T} (*Sangallensis*) Sangallensis, Abb. 75, ca 802.
Φ^{R} (*Rorigonis*) Parisinus lat. 3, ca 835.
Φ^{G} (*Grandivallensis*) Londinensis Add. 10546, a. 830-834.
Φ^{P} (*Paulinus*) Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros, ca 870.

Θ^{S} (*Weingartensis*) Stuttgardiensis H. B. II 16, a. 795-799.
Θ^{H} (*Hubertianus*) Londinensis Add. 24142, a. 795-800.
Θ^{A} (*Aniciensis*) Aniciensis, Capit. Cath., ca 800.
Θ^{M} (*Mesmianus*) Parisinus lat. 9380, a. 800-805.

S (*Sangallensis*) Sangallensis, Abb. 12, s. viii ex.
Z (*Angilrami*) Metensis 7, ante 791.
O (*Monacensis*) Monacensis lat. 9668, sec. ix in.

Q (*Bobiensis*) Mediolanensis, Ambros. E. 26 inf. a. 825-850.
Γ^{A} (*Abiascensis*) Mediolanensis, Ambros. E. 53 inf. s. x.
Ψ^{D} (*Bovinensis*[1]) Vaticanus lat. 10511, ca 1075.

Ω^{M} (*Mazarinaeus*) Parisinus, Bibl. Mazar. 5, a. 1226-1231.
Ω^{S} (*Universitatis* seu *Sorbonicus*) Parisinus lat. 15467, a. 1270.
Ω^{J} (*Correctorium S. Iacobi*) Parisinus lat. 16721, ca 1250.

m *fragm.* Monacense 29265/10, sec. ix in.
[*continet I Mcc* 6,20-41].
n *fragm. in codice* Dunelmensi, Bibl. Cath. B IV 6 fol. 169*, s. vi.
[*continet I Mcc* 6,59-62; 6,63—7,2].
a Editio princeps, 42 lin. dicta, Moguntiae (?) a. 1452 (?) (*exemplar Barb.*: Vatic., Stamp. Barb. AAA iv 17; *tab. rubr.*: *tabula rubricarum exemplaris monacensis* Clm 63 a 1) [1].
g Editio Gobelini Laridii, Coloniae 1530.
r Editio Roberti Stephani secunda, Parisiis 1532.
e Editio Roberti Stephani quarta, Parisiis 1540.
l Editio theologorum lovaniensium, Antverpiae 1583.

[1] Cf. W. Schmidt, *Zur Tabula Rubricarum*, in *Iohann Gutenberg. Die Zweiundvierzigzeilige Bibel*, Monaci, 1976, p. 177-183.

𝔟 *Codex Carafianus* (Vaticanus lat. 12959), ubi lectionem I immutatam servat.
𝔴 *Codex Carafianus*, ubi lectionem I mutat.
𝔰 Editio Sixti V, Romae 1590.
𝔱 Editio Clementis VIII, Romae 1592, 1593, 1598.
𝔡 Editio Donatiani De Bruyne, Maretioli 1932.
𝔪 Editio Roberti Weber tertia, Stuttgardiae 1983.

Hug. Correctorium Hugonis a S. Caro (*in cod.* Vatic. Ottob. lat. 293, s. XIII-XIV).
Guill. Correctorium Guillelmi de Mara (*in cod.* Vatic. lat. 3466, s. XIII).
Iac. Correctorium Conventus S. Iacobi O.P. (*in cod.* Paris. lat. 16721, ca 1250).

$\Sigma\Delta\Phi\Theta\Omega$ Consensus codicum Σ^{TC}, Δ^{LM}, Φ^{TRGP}, Θ^{SHAM}, Ω^{MSJ}.

De codicibus liturgicis 410, 411, 419 et de passionariis 200, 202-208, cf. Prolegomena, p. XXXVIII-XXXIX; de interpretationibus *LlXHGBMP* et de glossis 94, 95 ad margines exemplaris vulgatae editionis Scorialensis 54 V 35 atque codicis Matritensis Acad. Hist. 3 adscriptis, cf. ibid. p. XVII-XXIII.

Lectiones interpretationis Septuaginta et interpretationum orientalium siglis ab editoribus gottingensibus usurpatis signavimus:

𝔊 textus ab editoribus recognitus

$\mathfrak{G}^{A}$ codex Alexandrinus

$\mathfrak{G}^{S}$ codex Sinaiticus (I Mcc)

$\mathfrak{G}^{V}$ codex Venetus, Bibl. Marc. gr. 1

$\mathfrak{G}^{L}$ $\mathfrak{G}^{l}$ $\mathfrak{G}^{l'}$ (= $\mathfrak{G}^{l} + {}^{l}$) recensio Luciano attributa: $\mathfrak{G}^{L}$ codd. 64 236 381 534 728; $\mathfrak{G}^{l}$ codd. 19 62 93 542

$\mathfrak{G}^{q}$ recensio codd. 29 71 74 98 107 120 130 134 243 370 731

𝔄 interpretatio armenia

𝔖 interpretatio syriaca

In capite apparatus enumerantur codices deficientes et recensionis vulgate fragmenta quae in apparatu proferuntur.

DE NOTARUM APPARATU

Prior apparatus et de restitutione archetypi et de historia textus rationem reddit, variasque lectiones omnium codicum et editionum refert, exceptis mere orthographicis.

In altero apparatu divisiones textus notantur, maiores ex codicibus omnibus, minores autem ex codicibus CAM.

DECLARATIO SIGNORUM

In textu:

† † locos designant ubi lectio mendosa archetypi ex coniectura vel iuxta lectionem codicum recentiorum corrigitur.
[ ] verba archetypi abundantia.

In priore apparatu:

= lectioni ipsius textus postponitur cui codicum universorum testimonium subnectitur (*apparatus plenior* seu *positivus*).

] lectionem ipsius textus designat de qua aliquid notatur vel cui refertur varia lectio.

**** numerum indicat litterarum erasarum in codice.

† post sigla codicum, lectionem designat quae prima manu scripta in codice legebatur, priusquam *ipse scriptor* eam aliquo modo mutaret vel corrigeret.

